**Woyny Wawrzyńce** **Intromissio.**

Ministerialis Regni generalis nobilis Benedictus Proszenski cum nobilibus Maciejo et Joanne Woynianis Coram officio praesenti personaliter stans pure Recognovit Quia feria sexta post Dominicam Misericordiae proxime praeterita condescendendo ad bona Woyny Wawrzyńce ibique nobilem Petrum olim Alberti Wyszenski Szydłowski in omnia et singula bona mobilia et immobilia in haereditate Woyny Wawrzyńce consistentia eique per nobilem Catharinam filiam olim Jacobi Woyno Consortem relictam olim Balthasari Warel modo donationis coram actis praesentibus Sabbatho intra octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Octavo praesta et recognita eorundemque bonorum areas hortos agros prata campos sylvas et generaliter cunctas utilitates et attinentias iuxta locorum eiusdem possessionibus Contiguorum ex libera admissione praefatae Catharinae Woynowna [illegible] in bonis quas hic circa actum impugnante [illegible] intromisit in [illegible] et in possessionem pacificam Contulit de quo Relatio praesens.

**Niwinski** **Quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens nobilis Paulus olim Jacobi Matyjowski sanus mente et corpore existens palam ac libere Recognovit Quia sibi nobilis Thomas olim Joannis Niwinski ex obligatione bonorum immobilium in bonis Niwino antiqua consistentium sibi per eum Coram actis praesentibus feria secunda post Dominicam Exaudi anno Millesimo sexcentesimo trigesimo primo inscripta viginti florenorum polonicalium persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat ac de bonis ex nunc condescendit

**Truskowski** **Quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens nobilis Dorota [illegible] consors nobilis Adami Truskowski consensu mariti sui assistente sana mente et corpore existens palam ac libere Recognovit Quia nobilis Adamo olim Martini Truskowski et eius posteris Martinus olim Pauli Truskowski de vulneribus sibi per [illegible] illatis [illegible] et processu [illegible] ob sufficientem satisfactionem quietat existit et processum ad inductione cassat perpetuo.

**Truski** **Debitum.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Martinus olim Pauli Truskowski sanus mente et corpore existens palam pure ac libere Recognovit Quia nobili Adamo olim Martini Truskowski et eius posteris tenetur esse debitum certi veri et liquidi debiti summam decem florenorum polonicalium et ab actis praesentibus pro festo sancti Martini Pontificis proxime futuro paratam pecuniam solvere dare et reponere se de omnibus bonis una cum posteris suis submittit sub vadio simili aliorum decem florenorum polonicalium in casu non solutionis [illegible] tempore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi per [illegible] ac satisfactione sine ulla dilatione [illegible] appellatione [illegible] exceptione.

**Sierakowski** **Quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens nobilis Adam olim Martini Sierakowski sanus mente et corpore existens palam ac libere Recognovit quia sibi nobilis Joannes olim Gregorij Sienkowski tres sexagenas polonicalium debiti inscripti ex integro persolvit ideo ipsum quietat existit et liberum facit ac inscriptionem cassat annihilat et mortificat perpetuis ac aeternis temporibus.